

MISSALE CENOMANENSE,

DD. CAROLI-LUDOVICI DE FROULLAY

MANDATO EDITUM,

DD. PHILIPPI-MARIÆ-THERESIÆ-GUIDONIS CARRON

JUSSU RECOGNITUM,

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI

JOANNIS-BAPTISTÆ BOUVIER,

CENOMANENSIS EPISCOPI,

AUCTORITATE, ET VENERABILIS EJUSDEM ECCLESIAE CAPITULI CONSENSU

VULGATUM.



CENOMANI,

EX TYPOGRAPHIA CAROLI MONNOYER.

M. DCCC. XXXV.

BENEDICTIO CONJUGUM.

(Dicitur, etiamsi Missa propter Festum occurrens non dicatur de Nuptiis. Omititur in matrimonio viduæ, ac mulieris quæ extra matrimonium liberos suscepit.)

Dicto Pater noster, Sacerdos antequàm dicat Libera nos, quæsumus, Dómine, stans in cornu Epistolæ, versus Sponsum et Sponsam, ante Altare genuflexos, dicit super eos sequentes Orationes, ministro librum tenente.

Orémus. Oratio.

PROFITIARE, Dómine, supplicatiónibus nostris; et institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinasti, benignus assiste: ut quod te auctóre júngitur, te auxiliante servétur; Per Dóminum.

Cùm Sacerdos pervenerit ad Per ómnia, si Missa sit cum cantu, sequentia poterunt cantari ut post Missam notantur: sin minus, altiori tantùm voce prosequitur.

PER ómnia sécula seculórum; R. Amen. V. Dóminus vobiscum: R. Et cum spíritu tuo. V. Sursùm corda: R. Habémus ad Dóminum. V. Grátias agámus Dómino Deo nostro: R. Dignum et justum est. Verè dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubíquè grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui potestáte virtútis tuæ de nihilo cuncta fecisti: qui dispóitis universitátis exórdiis, hómíni ad imáginem Dei facto, ídeò inseparábile mulieris adjutórium condidisti, ut femíneo córpori de virili dares carne princípium; docens quod ex uno placuisset instítui, nunquàm licére disjungi: Deus, qui tam excellenti mystério, conjugá-

lem cópulam consecrasti, ut Christi et Ecclésiæ sacramentum præsignáres in foedere nuptiarum: Deus, per quem mulier júngitur viro; et societas principáliter ordináta eâ benedictióné donátur, quæ sola nec per originális peccáti pœnam, nec per dilúvii est abláta senténtiam: respice, quæsumus, super hanc fámulam tuam, quæ maritali jungenda consórtio, tuâ se expetit protectione muniri. Sit in eâ jugum dilectiónis et pacis: fidélis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctárum permáneat feminárum. Sit amábilis viro suo, ut Rachel; sápiens, ut Rebecca; longæva et fidélis, ut Sara. Nihil in eâ ex áctibus suis ille auctor prævaricatiónis usurpet: nexa fidei mandatisque permáneat. Uni thoro juncta, contactus illicitos fúgiat, muniatque infirmitátem suam róbore disciplínæ. Sit verecúndiâ gravis, pudóre venerábilis, doctrínis cœlestibus erudíta. Sit fœcunda in sóbole: sit probáta et innocens: et ad beatórum réquiem, atque ad cœlestia regna pervéniat. Et vídeant ambo filios filiórum suórum, usquè in tértiam et quartam generatiónem: et ad optátam pervéniant senectútem; Per eundem.

Tum Sacerdos reversus ad médium Altaris dicat: Libera nos, et reliqua more solito.

Communio. Beáti, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocáti sunt.

(Extra Septuagesimam additur Alleluia.)

Postcommunio.

QUÆSUMUS, omnipotens Deus, institúta providéntiæ tuæ pio favóre

Apoc.
18. 7.

comitäre; ut, quos legitimâ societate connectis, longævâ pace custodias; Per Dóminum.

Dicto Benedicámus Dómino, vel si Missæ illius diei conveniat, Ite, Missa est, Sacerdos antequàm populo benedicat, conversus ad Sponsum et Sponsam dicat :

DEUS Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob sit vobiscum; et ipse adimpleat benedictionem suam in vobis; ut videátis filios filiörum vestrorum, usquè ad tertiam et quartam generationem, et postea vitam æternam habeátis, adjuvante Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spíritu sancto vivit et regnat Deus, per ómnia sécula seculórum. *ꝛ.* Amen.

Postea eos aspergat aquâ benedictâ, et dicto, Pláceat tibi, sancta Trinitas, det Benedictionem, et legat ultimum Eevangelium.

CANTUS.

BENEDICTIONIS CONJUGUM

PER ómni-a sécu-la se-
cu-ló-rum; *ꝛ.* A-men. *ꝥ.* Dómi-
nus vo-biscum; *ꝛ.* Et cum
spí-ritu tu-o. *ꝥ.* Sursùm cor-
da; *ꝛ.* Habémus ad Dóminum
ꝥ. Grátias a-gámus Dómino

De-o nostro: *ꝛ.* Dignum et
justum est. Verè dignum
et justum est, æquum et
sa-lutá-re: Nos tibi semper
et ubique grá-tias á-gere:
Dómine sancte, Pater omní-po-
tens, æterne Deus: Qui potes-
tá-te vir-tútis tuæ, de ní-
hilo cuncta fe-cisti: qui,
dispósi-tis u-niversi-tá-tis ex-
órdi-is, hómini ad i-mági-
nem De-i facto, í-de-ò in-
sepa-rá-bile muli-e-ris adju-
tó-rium condidisti, ut fe-mí-
neo córpori de vi-rí-li

dares carne principi-um; do-
 cens, quod ex u-no placuisset
 instítu-i, nunquàm lí-cére
 disjungi : Deus, qui tám excel-
 lenti mystè-ri-o, conjugálem
 cópulam consecrasti, ut Chris-
 ti et Ecclési-æ sacramen-
 tum præsignáres in fœdere
 nupti-árum : Deus, per quem
 múli-er júngitur viro; et
 so-cí-e-tas principá-liter ordi-
 náta, e-â benedicti-ó-ne
 donátur, quæ sola nec per
 o-ri-gi-nális peccáti pœnam,
 nec per di-lú-vi-i est abla-

ta senténtiam : Réspi-ce, quæ-
 sumus, super hanc fámulam
 tuam, quæ mari-tá-li júngen-
 da consórti-o, tu-â se ex-
 petit protecti-ó-ne muníri.
 Sit in e-â júgum dilecti-
 ónis et pacis : fi-délis et
 casta nubat in Christo, i-
 mitatrixque sanctárum permá-
 neat fœminárum. Sit amá-
 bilis viro su-o, ut Ra-
 chel : sápiens, ut Rebecca :
 longæva et fidélis, ut
 Sara. Nihil in e-â ex
 ác-tibus su-is, il-le auctor



præva-ri-ca-ti-ó-nis usurpet :
 nexa fide-i, mandatisque
 permáneat. U-ni thoro junc-
 ta, contactus il-lí-ci-tos fú-
 gi-at, muniatque infirmitátem
 suam róbo-re disciplínæ. Sit
 verecúndi-â gravis; pudóre
 venerá-bilis; doctrínis cœlés-
 tibus e-ru-díta. Sit fœcun-
 da in sóbole : sit probáta
 et innocens; et ad be-a-
 tórum réquiem, atque ad
 cœlésti-a regna pervéni-at :
 Et vídeant ambo fí-li-os
 fí-li-órum su-órum, usquè



in tértiam et quartam ge-
 nera-ti-ónem; et ad optá-
 tam pervéniant senectútem :
 Per eundem Dóminum nos-
 trum Jesum Christum Fí-lium
 tuum, qui tecum vivit et
 regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-
 tûs sancti, Deus, per ómni-a
 sécula secu-ló-rum. R. Amen.

MISSA DE SS. TRINITATE.

*Missa ut in Festo SS. Trinitatis, ex-
 ceptis quæ sequuntur.*

Léctio Epistolæ beátī Pauli
 Apóstoli ad Corínthios.

FRATRES; Gaudéte, perfecti estóte,
 exhortámini, idem sápitè, pacem
 habéte; et Deus pacis et dilecti-
 ónis érit vobiscum. Salutáte invi-
 cem in ósculo sancto. Salutant vos
 ómnes sancti. Grátia Dómini nos-
 tri Jesu Christi, et cháritas Dei,
 et comunicátió sancti Spíritus
 sit cum ómnibus vóbis. Amen.

Op. 21
 1. 1. 1.